

Band IV., Nr. 1082, Seite 143-145

Ritter Swigger und seine Söhne von Gundelfingen tragen dem Abte Konrad von Reichenau ihre Besitzungen an mehreren genannten Orten als Lehen auf und übergeben ihr seither von jenem Abte zu Lehen getragenes Gut in Neufrach, das sie dem Kloster Salem käuflich abtreten, in Gemeinschaft mit dem Kloster Reichenau obigem Kloster als freies Eigentum.

Ohne Ortsangabe, 1246. (nach Oktober 17.)

In nomine domini. Amen. Omnibus hanc paginam inspecturis ego Swigerus miles de Gundilingin noticiam subscriptorum. Presentibus pateat et futuris, quod – cum ego cum omnibus filiis meis proprietates possessionum nostrarum in Onburron¹, in Bramenloch, in Granhain, in Tögendorf² et in Aesinhain cum venerabili domino Cvnrado abbate Augiensi suoque conventu pro proprietate possessionum in Nivferon, quas ego Swigerus senior ab ecclesia Augiensi iure tenui feudali, iuris observato ordine, sollempniter et legitime conmutassem et in manibus venerabilis domini Cvnradi abbatis Augiensis, receptis a reverendo Ebirhardo abbate de Salem suoque conventu quadringentis quinque marcis argenti puri, cum omnibus filiis meis tali forma liberaliter resignassem, quod ipse easdem possessiones in Nivferon eidem abbati de Salem suoque conventui conferret libere possidendas, quia dictus dominus Cvnradus abbas Augiensis sepedictas possessiones in Nivfron eidem abbati suoque monasterio in Salem, sicut condictum fuerat, contulit pleno iure, – ego Swigerus cum tribus filiis meis, Swigero et Vlrico militibus et alio Swigero, non milite, presentibus profiteor et protestor, me nominatas possessiones in Onburron, in Bramenloch, in Granhain, in Tögendorf et in Aesinhain, ad nos iure proprietario tunc spectantes, in loco qui dicitur Stade apud Egge Augiensi monasterio tradidisse et possessiones in Nivfron, quas in feodum a dicto monasterio tenuimus, cum hominibus eisdem pertinentibus, scilicet Cvnrado, Hainrico et Hermanno dictis Sterren, Bertoldo Grivben, Burcardo Bosshin, Hattich, Rþperto et Adilhaida uxore eius, Hermanno Livbirman^a, Iudinta sorore eius, Bertoldo filio eius et Adilhaida, Maehthilda et Elisabet filie, Cvnrado Mastilin conmutationis nomine resignasse, retentis his tantum, que alii a nobis in feodo tenuerunt. Cui permutationi, resignationi et donationi filii mei Fridericus, Bertoldus, Cvnradus et Hainricus, cum nobili

^aOder *Livbriman*, was die Abkürzung auch zuließe.

¹Ennabeuren.

²Daugendorf.

II

muliere Ita, matre ipsorum, in burgo nostro Gundeluingin multis presentibus sollempniter et legitime consenserunt. Prime donationi et resignationi, que facta est in Stade nonas Octobris, interfuerunt qui subscripti sunt, videlicet: Hainricus de Gundelui[n]gin et Hainricus de Friberc³ nobiles, Hainricus Senflinus, Albero de Ertingin, Hainricus dictus *der Vesare*; de ministerialibus vero Augiensis ecclesie: Hilteboldus de Stekeborun, Arnoldus de Langinstain, Burcardus senior de Tetingin, Ebirhardus pincerna de Salunstain, Waltherus de Wellinberc, Albertus et Rūdolfus de Riedirn⁴ fratres, reverendus in Christo Ebirhardus Augiensis ecclesie decanus, venerabilis Waltherus abbas de Ratinhasela, de fratribus vero de Salem: Bertoldus prior, Cvnradus cellerarius, Cvnradus de Cella Ratolfi et Hainricus de Bartilstain aliique quam plures. Secunde autem resignationi et donationi, que facta est in burgo Gundiluingin XVI^o. kalendas Novembris, aderant subnotati, videlicet nuntii domini abbatis Augiensis, Marquardus monachus dictus de Buenburc, Ebirhardus pincerna de Salunstain, Hainricus Senflinus, Hainricus de Hagingin, milites, Fridericus plebanus de Osterach, Hainricus de Thishingin⁵; de fratribus vero de Salem: Cvnradus et Sifridus cellerarii et Hainricus de Bartilstain et alii quam plures.

Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. XL^o. VI^o. Ne vero appensio sigilli mei solius tanto negocio minus auctorabilis minusve sufficiens esse videretur, tam ego quam sepedictus abbas de Salem solliciti fuimus procurare, ut venerabilis dominus Hainricus Constantiensis episcopus etiam suum sigillum pro maiori auctoritate et robore vellet appendere, quod et fecit.

—

Nach dem Diplomatar des Klosters Salem, Bd. 1, Nr. CXXX. S. 179-181, unter der Aufschrift: *Privilegium Swigeri de Gundiluingin super concambio predii in Nivferon.*

³Freyberg.

⁴Riedern, Markdorf, FN, oder Riedern, Öhningen, KN.

⁵Oberdischingen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

4/7155; 67/1162 S. 179-181 Nr. 80

Überlieferung und Textkritik:

Original und Abschrift in Karlsruhe.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Swigger; von Gundelfingen

Ortsindex:

Asenheim Wüstung (23970)

Asenheim, Unlingen, BC, W

Bartelstein Wüstung (24206)

Bartelstein, Scheer, SIG, W

Bremelau Wohnplatz (15905)

Bremelau, Münsingen, RT

Daugendorf Wohnplatz (17480)

Daugendorf, Riedlingen, BC

Dettingen Wohnplatz (14434)

Dettingen, Konstanz, KN

Egg Wohnplatz (14437)

Egg, Konstanz, KN

Ennabeuren Wohnplatz (17002)

Ennabeuren, Heroldstatt, UL
Ertingen Wohnplatz (17264)
Ertingen, BC
Freyberg Wohnplatz (17778)
Freyberg, Gutenzell-Hürbel, BC
Granheim Wohnplatz (16776)
Granheim, Ehingen (Donau), UL
Gundelfingen an der Donau, DLG
Hayingen Wohnplatz (15868)
Hayingen, RT
Hundersingen : Herbertingen SIG
Hundersingen Wohnplatz (21067)
Langenstein Wohnplatz (14794)
Langenstein, Orsingen-Nenzingen, KN
Neufrach Wohnplatz (18250)
Neufrach, Salem, FN
Oberdischingen Wohnplatz (16898)
Oberdischingen, UL
Ostrach Wohnplatz (21224)
Ostrach, SIG
Radolfzell am Bodensee Wohnplatz (14565)
Radolfzell am Bodensee, KN
Raithaslach Wohnplatz (14670)
Raithaslach, Stockach, KN
Reichenau Wohnplatz (14588)
Reichenau, KN
Riedern Wohnplatz (14524)
Riedern Wohnplatz (18042)
Riedern, Markdorf, FN
Riedern, Öhningen, KN
Salenstein, Kt. Thurgau, Schweiz

Schloss Salem : Salem FN

Schloss Salem Wohnplatz (18257)

Staad Wohnplatz (14453)

Staad, Konstanz, KN

Steckborn, Kt. Thurgau, Schweiz

Wellenberg, Felben-Wellhausen, Kanton Thurgau, Schweiz